

Mercero, Schindl: & aliis deducimus ex פֶּרַשׁ separavit, quod cum  
ipsorum vita maximè convenit, *Luc. XVIII, ii. Aet. XXVI, q. 5.*

v. 1. IV. Nicodemus, ex Græco derivatus, fuit princeps Judæorum.  
Per principes, teste *Cheminitio* & *Bеза in Aet. 4. 5.* summi inter Phari-  
sæos in negotiis religionis potestatem judicandi habentes, intelle-  
cti fuerunt *Job. VII, 48. cap. XII, 42.* *Maldon:* & *Barrad:* verò eos capi-  
ta familiarum dictos asserunt. Hic primo & gratioso Spiritus S. per  
famam Verbi & miraculorum operantis pulsu venit. Contra Scho-  
last: *Alex. Alens. p. 2. q. 69. Tbom. 1. 2. q. 114. art. 6. Biel: 2. sent: dist: 27. q. n.*  
*art. 4.* & quidem nocte, non tam ex pudore, ut *Cyril: & August:* & amo-  
re solitudinis, ut *Ruperto & Bedæ* placet, quam ex timore, ut *Chrisost.* &  
*Theophyl.* *Job. IX, 22. cap. XII, 42.* nulli exemplum imitandum relin-  
quens propter Subjectorum dissimilitudinem, *Matth. X, 32. 33. Luc. IX, 26.*

V. Infirma autem hujus fidei argumentum est manca & mutila  
ejus, tūm de Persona, tūm de officio CHRISTI, confessio, quæ si suf-  
fecisset, nunquam CHRISTUS aliam viam ad vitam æternam ipsi  
ostendisset. Contra Pontif: *Calvin: Photin: versu 18. §. 42.* adductos.  
Et Plurale verbum οἴδαμεν non plures ad CHRISTUM venisse indi-  
cat, ut *Stepulensis* putat, sed imperfecta illa de CHRISTO cognitione  
reliquos omnes laborasse, & proin Concilia Episcoporum & Eccle-  
siam visibilem particularem errare posse, ostendit. Contra Pontif.  
*Bellar. l. 2. de Concil. c. 2. l. 3. de Eccles. c. 14. §. 4. Coster: in Enchir. cap. de*  
*Eccles. privileg.*

VI. Licet Nicodemus ex miraculis à CHRISTO perpetratis, &  
veram CHRISTI doctrinam, & ipsum verum Doctorem, cum quo  
DEUS sit (non tantum universalis & gratiosa, sed singulari & perso-  
nali præsentia, ut ex *Col. II, 8.* scimus) colligat, non tamen hinc absq;  
discrimine temporis, miracula orthodoxiae infallibiles & semper ne-  
cessarias notas esse probare poterit *Adam: Conzen.* cum non doctrina  
ex miraculis, sed miracula ex doctrina æstimanda sint, teste *Fero in*  
*cap. XXIV. Matth.*

v. 3. VII. *Theophyl:* & *Cyrill:* hunc versum cum præcedenti conne-  
ctunt, ita ut notitia & opinioni carnali, & ad salutem consequen-  
dam insufficienti, ipse CHRISTUS regenerationis necessitatem op-  
ponat, cui adstipulatur *Museul: in b. l.* sed facilior videtur connexio,  
sive